SPECVLVM MISSAE

EX ANTIQVISSIMIS QVIBVSdam, ac uetuſtiſſimis Catholicæ Eccleſiæ Patribus, à Ioanne Cochleo primùm laborioſè collectum, nunc uerò à F. Nicolao Aurifico Senenſi Carmelita, recognitum, auctum, & locupletatum.

AVCTORVM NOMINA, ET QVAE nuper acceſſerunt, verſa pagina explicantur.

Deut. 33.

MEMENTO DIERVM ANTIQVORVM, COgita generationes ſingulas, interroga patrem tuum, & annunciabit tibi, Maiores tuos, & dicent tibi.

CVM PRIVILEGIO.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

VENETIIS, Apud Franciſcum Zilettum.
M D LXXII.

AVCTORVM NOMINA EX QVIBVS HOC Speculum depromptum eſt, & quæ recens acceſſerunt.

1 Amalarius Epiſcopus quondam Treuerenſis.
2 Vualafridus Strabo. Abbas S. Galli in Heluetijs.
3 Expoſitio Miſſæ breuis ex vetuſtis codicibus.
4 Petri Damiani Cardinalis liber, qui Dominus uobiſcum inſcribitur.
5 Gemma animæ, liber de Antiquo ritu Miſſarum.
6 Micrologus de Miſſa ritè celebranda.
7 Petrus Abbatis Cluuiacenſis, Nucleus de Sacrificio Miſſæ.
8 Ordo, ac celebrandi ratio iuxta S. Romanæ Eccleſiæ approbatam conſuetudinem.
9 Breuis quidam tractatus F. Nicolai Aurifici, de Miſſæ antiquitate, ueritate, dignitate, ac cæremonijs ex S. Patribus, ac ſummis Concilijs excerptus.
10 Bernonis Augienſis Abbatis, de quibuſdam rebus ad Miſſæ officium pertinentibus, Libellus.
11 Hidelberti Cenomanenſis Epiſcopi. De miſterio Miſſæ Verſus.

GVIDONI FERRERIO VERCELLENSI,

S. R. E. CARDINALI AMpliſſimo, Vercellarumque Antiſtiti optimo.

F.Nicolaus Aurificus Senenſis, Carmelita. S. P. D.

EA fuit multarum gentium conſuetudo, Illuſtriſsime ac Reuerendiſsime Antiſtes, ut ſi quis Principem, aut Regem alloqui uoluiſſet, nulla ratione in eius conſpectum accederet, niſi prius aliquod ei munus offerret. Quod quidem eo conſilio factum eſſe arbitror, quoniam tan

DE OFFICIO MISSAE,

PRAEFATIO AMALARII, Archiepiſcopi quondam Treuerenſis.

DOMINO opitulante, intercedente Beato Medardo confeſſore, cuius feſtiuitas hodie apud nos celebratur in gaudio ſanctorum, prompti ſumus animo, ad ſuſcipiendum Dei munus: ſi tamen ipſe dignatur purgare & ſerenare oculum, in quo diſcamus de officio Miſſæ, quid rationis in ſe contineat diuerſitas illa, quæ ibi agitur. Cum ſatis eſſet, ſine Cantoribus & lectoribus, & cæteris quæ ibi aguntur, ſola benedictio Epiſcoporum aut Presbyterorum, ad benedicendum panē & uinum, quo reficeretur populus ad animarum ſalutem: Sicut primæuis temporibus fiebat apud Apoſtolos. Ac ideo primo dicendum eſt de ſignis. *Qualis fuit Miſſa apud Apoſtolos.*

De ſignis quibus congregamur in idipſum. Caput I.

SIgnorum uſus a ueteri teſtamento ſumptus eſt: Scriptum eſt in libro Numerorum. Locutus eſt Dominus ad Moyſen dicens: Fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quibus conuocare poſſis multitudinem. Et paulo poſt: Quando autem congregandus eſt populus, ſimplex tubarum clangor erit, & non conciſe ululabunt. *Nume. 10. Tubæ duæ ductiles argenteæ.*

A bunt.

Oblatæ pariter non operantur idem.
Nam pars pro ſanctis, pars eſt pro ſanctificandis,
Mentio pro reliquis, cauſam agit alterius.
Fit cibus hic ex pane caro, Deus ex elemento,
Myſterio ſimplex, utilitate triplex,
Fit cibus hic ouis in ligno, leo fortis in urna,
Ales ad aſtra uolans, rex ſuper aſtra ſedens.
Neve putes illi tumulumve crucemve deeſſe,
*Ipſe calix tumulum denotat, ara crucem.**
Vtq; fides adſit, terrorq; recedat & horror,
Fit cibus ipſe caro, panis imago manet.

Ara, crucis: tumuliq;, calix, lapidiſq;, patena: Sindonis officium cādida byſſus habet.

F I N I S.

ORDO

BIBLIOTECA UNIVERS. SALAMANCA